

490 imp. Caesar G. Iulius | Verus Maximinus P. F. | Aug. Germanic. max. Dacic. | max. Sarmatic. max., pont. | max., trib. potestatis | V¹, imp. VII, p. p., cons., pro|cos., et G. Iulius Verus | Max. nobilissimus Caesa[r], | Germanic. max. Dacic. | max. Sarmatic. max., princeps | iuventutis, filius d. n. imp. C. | Iuli Veri Maximini P. F. Aug., | vias et pontes tempore | vetustatis conlapsos | restituerunt, curante Q. | Decio² leg. Augg. pr. pr. | A Brac. Aug. m. p. I.

Bracaræ Augustae (Braga) in Callaecia, lapis miliarius: vidit Huebner (II 4736), qui ait litteras esse renovatas. Similes lapides alii permulti prodierunt prope Bracaram, unde huius lectio, etiam numerus tribuniciae potestatis, firmatur. — 1) Quinta tribunicia potestas Maximini alibi non reperitur. — 2) Hunc non diversum esse ab eo Decio qui imperator factus est a. 249 post alios credidit Borghesi (opp. 4 p. 289), viz recte (cf. Huebner ad Borghesium l. c.).

491 C. Iulio Vero Ma|ximo nobilis|simo Caes., imp. | Caesaris C. Iuli | Veri Maximini | invicti Pii Feli|cis Aug. pont. max., | t. p., cos., p. p., procos., | filio, res p. col., | Thamug. | I.

Prope Thamugadem (VIII 10203, semel descripta).

Parthicus videtur dici Maximini filius in titulo Veleiae rep. XI 1176, dummodo recte ex diversis fragmentis compositus sit.

492 divae | Caeciliae | Paulinae | Piae Aug.

Atinae in Campania (X 5054 vidit Mommsen). — Extant nummi inscripti diva Paulina cum capite eius velato, quos nummorum periti attribuunt uxori Maximini (Eckhel 7, 296). Ex scriptoribus Maximini uxorem memorant, sed nomine non posito, Ammianus Marc. 14, 1, 8; Syncellus p. 680 ed. Bonn.; Zonaras 12, 16.

493 imp. [Caes.] | M. Antonio Gord[iano Semproniano] | Romano African[o invicto P. F. Aug.] pontifici maximo, t[r. p., cos., p. p., procos.].

Burdigalae rep. a. 1828 (Eph. ep. 3, 542), sed origine videtur Africana (cf. Villefosse bull. épigr. de la Gaule I p. 160 seq.; originem Burdigalensem tuetur Iullian inscr. de Bordeaux I p. 104). Est alterius ex Gordianis patre et filio, qui imperatores facti a. 258 in Africa mox caesi sunt. Eorum extant praeterea tituli Graece scripti Perge in Pamphylia hi: ἀυτοκράτορα Καίσαρα Μ. Ἀντώνιον Γορδιανὸν Σεμπρωνιανὸν Ῥωμανὸν Ἀφρικανὸν πατέρα et ἀυτοκράτορα Καίσαρα Μ. Ἀντώνιον Γορδιανὸν Σεμπρωνιανὸν [Ῥ]ωμανὸν Ἀφρ[ι]κανὸν υἱὸν, [ε]ὐσεβῆ ἐντυχῆ σεβαστὸν, σωτ[ῆ]ρα τῆς οἰκουμένης ἡ γερουσία (Lanckoroński Städte Pamphyliens u. Pisidiens I p. 168 n. 37. 38); ad alterum utrum ex eis spectat etiam fragmentum item Graece scriptum VIII 10893.

494 Victoriae | Aug.

495 Victoriae | sen. Rom.

In Africa loco dicto Henchir Medeina, ubi fuit municipium Althiburus, bases duae aequales (VIII 1822. 1823). Recte Wilmannsius coniecit has bases positas esse a. 258, cum Gordianus summo senatus consensu Augustus renuntiatus esset.

496 imp. Caes. M. Clodio Pupieni[o Maximo Pio Felici Aug. | pont. max., trib. pot., cos. | II, procos., p. p.¹, et | imp. Caes. D. Caelio Calvino |